

[AccueilRevenir à l'accueilCollectionMythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567CollectionMythologia, Venise, 1567 - Livre VIIIItemMythologia, Venise, 1567 - VIII, 09 : De Castore & Polluce](#)

Auteur(s) : Conti, Natale

```
","author_name_items":"Auteur(s)","author_size_items":"16px","title_size_items":"16px"}}, new UV.URLDataProvider()); /* uvElement.on("created", function(obj) { console.log('parsed metadata', uvElement.extension.helper.manifest.getMetadata()); console.log('raw jsonld', uvElement.extension.helper.manifest.__jsonld); }); */ }, false);
```

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[106\] : De Castore & Polluce](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VIII

[Mythologia, Francfort, 1581 - VIII, 09 : De Castore & Polluce](#)

est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VIII

[Mythologie, Lyon, 1612 - VIII, 09 : De Castor & Pollux](#)

est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VIII

[Mythologie, Paris, 1627 - VIII, 10 : De Castor & Pollux](#)

est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener Digitalisierungszentrum (MDZ).

cis requirunt, sic enim fieri Proceum modo ignem, modo aquam intelligen- dum est. veruntamen non solum ad amicitias, & ad ciuitatum administra- tiones hæc fabula pertinet, sed multo magis ad vniuersam humanæ vitæ ra- tionem, quippe cum neque semper indulgere genio conueniat, neque sem- per eadem vitæ seueritas retinenda sit; sed vtriusque rei tempora sunt co- gnoscenda, quippe cum nihil violentum sit diuturnum. Nihil aliud igitur dixisse mihi videtur per hæc figmenta, quam illud quod etiam dictum fuit ab oraculo; ne quid nimis, cum omnis omnium rerum salus & constantia in mediocritate moderationeq; sit collocata.

10

De Castore & Polluce. Cap. IX.

CAstorem item & Pollucem salutaria numina nauigantibus, si gemini ap- parent omnes crediderunt antiqui, acque etiam omnium nauigantiu- rum vnus sermo miratis tamē nominibus nostra ætate appellauit. Pama fuit Iouem, vt de horum origine aliquid dicamus, captum desiderio Ledaæ tyo- dari Regis in cygnum se conuertisse, atq; illam compressisse. Nam cygnus factus ita iucundè cecinit, vt illum propter cantus suauitatem Leda adama- uerit & contrestauerit. Deinde ab eo cygno compressa ouum peperisse di- citur, è quo Castor & Pollux & Helena nati sunt, vt Ouidius in his innuit in epill. Helene;

10

Dat mihi Leda Iouem cygno decepta parentem,
Quæ falsam gremio credula souit auem.

Alii tamen crediderunt duo oia nata fuisse ex illo congressu, quorum ex al- tero Castor & Pollux, ex altero Helena nata sit & Clytemnestra. Non de- fuerunt tamen qui ex vno tantum ouo Pollucem & Helenam natos fuisse crediderint, quod Leda è Ioue conceperit, cum ex Tyndaro Castorem & Clytemnestram natos esse arbitrentur. hinc igitur mortales vt ex homine cõ- cepti, illi immortales vt ex Deo crediti fuerunt. Vocati tamen sunt omnes Tyndaridæ, et in Lacedæmone iuxta Taygetum montem Laconix nati, vt ait Rome. in hymnis;

30

Castora Pollucemq; mihi nunc pandite Musæ
Tyndaridas, Iouis è celestis semine natos.
Taygeti peperit quondam hos subvertice Leda,
Clam coniuncta Ioui celestia regna tenenti.

40

Theophrastus in Dioscuris Castorem & Pollucem Iouis filios, et non Tynda- ri appellauit; Castor autem natus de Leda & de Ioue prolem, Castora Pollucemq; timendos hostibus acres
Ri cum nati fuisset Peploni, quæ maritima erat ciuitas in sula eiusdem no- minis Lacedæmoniorum ditioris, vt fuit Thalamastanni scemo, & Acmian in quodam cantico scripserat, à Mercurio Pellenen nutriendi statim de portatu factuæ.

factuæ.

fuertunt. Deinde cum Iafon ad aureum vellus eſſet nauigaturus, & ad eum confluertent vndique delecti iuuenes, inter ceteros acceſſit Caſtor & Pollux, vt ait in lib. 1. Apollon.

10

Impulit hic fortem Pollucem Aecolica Leda,
Caſtora & hinc eadem domitorem rurfus equorum
E Sparte, partu quondam quos edidit vno
Tyndari in xde viri.

Hi multa praeclara facinora in ea nauigatione ediderunt: nam cum ad Be- bryciorum, Amyciq; Neptuni filii litus appuliſſent, Pollux aduerſus Amy- cum, qui omnes Argonautas provocauerat, in pugnam prodiuit, eumq; in- terfecit. Amycus enim conſueuerat ita omnes peregrinos interimere, cum il- los cogeret ſecum pugnis decertare: atque tunc etiam ad Argonautem ac- cedens Amycus ita omnes ad pugnam inuitauit;

20

Discite pontiugi nauis, quae diſcere oportet,
Nulli, Bebrycios portus qui intraueris, eſſe fas
Soluere, ni expertus ſit noſtrae robora dextrae
Quare agite o proceres praestantem robore cunctis
Mittite mi pugilem.

30

Theocritus autem exiſſe aequatum Pollucem ſcribit, & apud fontem Amycu inueniſſe, a quo coactus fuit pugnis decertare. Omnes tamen aſſentiuntur Amycum fuiſſe cum multis Bebrycibus a Polluce occiſum. Iidem poſt Col- chicam expeditionem in patriam reuerſi, cum Theſeus Helenam rapuiſſet, in Athenienſes ad recuperandam ſorore militauerunt, tum expugnata Aphid- na, captaque vrbe, & Helena recepta, omnibus Athenienſibus pepercerunt, praeterquam vni Aethrae matri Theſei, quam captiuam abduxerunt. Inde vero effectum eſt vt Reges & ſeruatores Dioſcuri ob eximiam clementiam ab Athenienſibus ſine poſtea vocati. Poſt recuperatam ſororem in amorem Phgbes & Talayrae filiarum Leucippi, Arſinoesque ſororu in ciderunt, quaq; ipſi in Theſeo improbaueant, in alios ipſi committere non dubitarunt. Zez.

40

veto non Phgbes, ſed Haeram vocat alteram Leucippi filiarum hiſt. & Chil. s. quam alii Naeiram vocarunt. Fuerant illae Lynceo & Idae Aphareo filiae deſpoſitae, quare earum mariti in captos Dioſcuros ob acceptam iniuriam impetum cum armis facientes grauem pugnam commiſerunt ad Taygeti montis radices, ac denique Caſtor a Lynceo interfectus eſt, ac Lynceus po- ſtea iſtus a Polluce columna ſaxea occubuit, de quo Pollux trophaeum ſere- xit. Futurum erat breui vt Pollux etiam acceptis ab Ida vulneribus interfi- ceretur, niſi Iupiter Idam fulmine ob natum percuſiſſet, vt ait in hiſ Theo- critus;

ἢ γὰρ ἐν Τάλας ἀφαιρῆσαι ἱερὰ χυτῶν
τὴν μὲν ἀφαιρῆσαι ταχέως μάλιστα ἰδῶν
μῖλλα καπογῆτος βλάπῃ κρητῆρος φέρῃα.
ἀλλὰ ζῶν ἐπάρῃαι, χερσὶν δὲ σὺν ἑσθλα τρυτῶν
μαρμαρῶ, κρητῆρῶ φληγορῶσι φληεῖ κερῶν.

Pars erat è cumulo nam Apharcio exerta columnæ,
Quam forti dextra fregit Messenius Idas :
Hanc fratrisq; sui fuerat iacturus in hostem.
Iupiter auxilium tulit, illi marmor ab ipsa
Decussit dextra, & combulsit fulminis igne.

16

Alii Pollucem etiam cęsum fuisse dixerunt : atque cum vterque se intra
ventrosam quercum occultasset, à Lynceo mortalium omnium perspicacif-
simo fuisse visos ; vt patet ex his ;

κίφα δὲ Λυκίου
σφῶντος ἀφαιρῆσαι κρητῆρος ἀφαιρῆσαι.
ἀφαιρῆσαι ἀφαιρῆσαι ἀφαιρῆσαι ἀφαιρῆσαι,
ταχέως μάλιστα ἀφαιρῆσαι ἀφαιρῆσαι ἀφαιρῆσαι.
ἀφαιρῆσαι ἀφαιρῆσαι ἀφαιρῆσαι ἀφαιρῆσαι.
ἀφαιρῆσαι ἀφαιρῆσαι ἀφαιρῆσαι ἀφαιρῆσαι.

quo tempore Lynceus

10

Taygeti velox ascendit culmina montis
Lustrauitq; oculis quidquid tenet insula magni
Tantalidæ Pelopis. præacuto lumine vidit
Hos ambos intra ventrosæ robora quercus,
Pollucem fortem, & domitorem Castora equorum.

Habuerunt aurigas Rhecam & Amphifratum viros fortissimos, quorum
alter Phthiotis illis, qui Achaïam habitauerunt, alter Laconibus, qui Henio-
chiam vocatam, duces fuerunt, vt ait Strab. lib. 1. Dicuntur primi Dioscu-
ri arcus inuenisse, & docuisse canes quod spectat ad venationem, & cęsus
certamen, vt nos lib. 1. Venationum scripsimus ;

30

Quid referam Ledæ pueros ? hic reperit arcus,
Et cursu domitare feras inuenit equorum.
Ille canes primus docuit vestigia caute,
Atque feris homines crudo decernere cęstu.

Cum cęsus fuisset igitur Castor à Lynceo fabulantur immortalẽm Pollucem
à patre Ioue petiisse, vt Castor immortalitatem assequeretur, quod cum ob-
tinere non potuisset impetrauit denique vt dimidium sœx posset illi impar-
tire, quare alternis diebus singuli viuere dicuntur, vt est apud Virgilium
libro sexto ;

Si fratrem Pollux alterna morte redemit,
Itq; reditq; viam toties.

40

Hi crediti sunt ab equis albis vehi soliti, quare ita scripsit Pindarus in Py-
thiis in Hierone ;

Ἴχθυος ἀμύκλας ἔσθῃ,
ἀμύκλας ἔσθῃ,
ἀμύκλας ἔσθῃ,
ἀμύκλας ἔσθῃ.

Habitabant Amyclás diuites

è Pindo

Concidunt venti, fugiuntq; nubes.
Et minax, sic Dii voluere, ponto
Vnda recumbit.

Sacrificabantur his Deis agni candidi, tanquam Diis bonis, & sanctis, & felici-

cibus, ut patet ex hymnis Hom. ubi potestatem Dioscurorum describit.

Tyndaridas natos magno Ioue dicite Musæ,
Pignora quæ quondam peperit paucissima Leda,
Pollucem fortem, & dominicorem Castora equorum.

Taygeti peperit Leda hos sub vertice montis
Aetherio coniuncta Ioui, cui sydera parent.

Hæc peperit miseros servantia pignora nautæ,
Atque rates, diræ quas inuasere procellæ

Hybernæ, ut pelagi fremit implacabilis æstus
Tunc etenim nautæ summa de puppe vocarunt

Voce Iouis pueros, niucorum & munere placeant
Agnorum.

Maxime omnium Deorum culti fuerunt apud Cephaleses Castor & Pol-
lux, magnique Dii ab illis sunt vocati, per quos, ut alibi mulieres, ita viri
apud illos & alias nonnullas nationes iurare consueverunt, ut testatur in
his Theognis;

Naxos insulam, & Lacedæmonios,

Pollux & Castor qui Eurotæ ad fluminis undas
Accolitis, fines qui Lacedæmonios,

Illa ego perpetiar, si quæro incommoda amico,
Is mihi si querat, bis totidem ipse ferat.

Fama est quod cum ludi Olympici fuissent ab Hercule aliquando restaurati
Pollux cætibus victor, cursu & arte pugilum Castor renuntiati fuerunt: nã
tametsi vno partu, & ex eodem ovo nati sunt ambo, tamen varia studia utris-
que fuerunt, ut ait Horat. lib. 2. Serm.

Castor gaudet equis, ovo prognatus eodem
Pugnis, quot capitum viuunt, totidem studiorum
Millia.

Memorix proditum est in Laconicis à Pauf. non procul à Sciade Laconum lo-
co, sepulcrum fuisse Castoris, qui vna cum Polluce insauit cum filiis Leu-
cippi

- cippi Sparten inuadentibus commisso praelio cecidit. neque tamen ante qua dragesimum annum ab eo bello inter Deos fuerunt relati. alii non à filiis Leucippi, sed ab aliis exfos putarunt. qui Idam fulmine ictū dixerunt, quia Castorem cecidisset, illi datam fuisse Polluci à Ioue optionem inquitunt, cum illum solari Iupiter cuperet. in morte fratris, verum mallet eligendi immortalis ne ipse vellet fieri, an potius sex menses cum fratre viuere, & sex alterne mori. tum Pollux cum fratre viuere & mori maluit. Hæc tot fabulose de his tradita sunt ab antiquis, è quibus veram sententiam exprimamus. Castor & Pollux & Helena ex vno ouo nati dicuntur Ioue patre; quid hoc monstrum est Dii boni? fieri nullo modo sanè potuit vt tanta multitudo eodē partu nata sit; quippe cum natura numerum mammarum superari omnino non patiatur; quod si filiorum numerus mammas superauerit, illi postea viuere non possunt. Ridiculum est igitur & oua nata fuisse è muliere, & tot homines ex ouis, & eodem partu, & omnes vixisse. fictum fuit igitur vt quidam voluerunt, Ledam ouum peperisse, quia prægnans ventrem ad ouis formam rotundum haberet, vel vt alii maluerunt, quia in eadem pellicula ouo persimili fetus conreuerunt. Hanc cum Ioue in cygnum verio concubuisse inquitunt, cum Ioues reges omnes dicerentur. quam cum Rex quidam nō in mollibus stratis & regio apparatus compressisset, sed apud Eurotam fluuiū
- 20** Lacedæmoniorum cygnorum more in locis humidis; locus datus est fabulæ, quod Iupiter cygnus factus eam compresserit. fuerunt filii è Pephno in Pellenen portatū educandi, quod etiam vt ex adulterio nati, educandi in alia loca missi sint. Quæ de rebus gestis eorum memorantur, ab historia non dissentiunt. nisi quod fuerit Idas fulmine percussus: quod & ipsum tamen historice dictum esse scribit Zex. hist. 48. chil. 2. quippe cum Cerauni nomē locum dederit fabulæ, cum suppetas tulerit Polluci. nam Græci ceraunum fulmen appellant. Fabulati sunt Lynceum acutissime videre solitum illa etiam quæ essent sub terra; quia metalla prior innenerit auri & argenti, & ferri: cum enim lucernam sub terra reliquisset, ac metalla efferret, creditus est quæ forent sub terra etiam videre. Cum pater igitur mortuos filios sepulturæ mandasset, vt vir astrologiæ peritissimus multitudini persuasit imperitorum Castorem & Pollucem fuisse inter sydera relatos. Illud autem ob facilitatem ingenii & humanitatem Pollucis alii factum esse existimarūt, nam mustum est & omne dulce appellatum, & multus, vnde nomen est Pollucis apud Græcos, ob suauitates ingenii & in omnes elementa dictum. cum ignes illi circa capita horum nauigantium prius apparuissent, crediti sunt illi ignes ab imperitis à Castore & Polluce mitti in tempestatibus signa nauigantibus salutaria: apparent autem geminæ flammæ aliquando in castris in summa parte pilorum, aut tentoriorum, at aliquando in nauibus circa antemnas, aut in summa parte mali, aut iuxta carchesium, quod signum videntes nauigantes in magnam spem veniunt salutis & tranquillitatis futuræ. Si vna tantum flamma appareat, solum Castorem esse arbitrantur mortalem, quare periculū omnibus portendere: si binæ, salutatae sunt. si tertia accedente flamma Helenæ illæ profugerint, illæque circa malum confederit, certissima mors nauigantibus significatur, aut certissimum naufragium. Has geminas flammæ nunc Diuos Nicolaum & Hermum nauigantes appellant: quæ quid sint, vel quomodo appareant, magna fuit semper inter scriptores contentio. Credidit nauigantium nostri temporis multi-
- tudo

tudo cum Diuos singularim in auxilium petit eas flammâs esse illos Diuos ad quorum nomina euauerint. alii, qui rem altius ueligare uoluerunt, inter quos fuit Xenophanes, crediderunt spectra quædam propter timorem mortalium oculis sese offerre, tanquam somnia senum ægrotantium. Quid enim prohibet in magna animorum trepidatione sensus quoq; mirificè perturbari, & prodigiola quædam monstra apparere? nam turbatorum sensuum comites sunt plerumque horrende & admirabiles res uisæ. Ego sane nihil horum esse putauerim, sed vapores quosdam in ignes pertennes ex ære concretos, qui suapte natura summa petant malorum & antemnarum; quippe cum toridem uisû sint aliquando, quot fuerunt nauigia, at non duo tantum. nam si essent spectra solum, quæ pro sensuum perturbationibus apparent, illud necessario sequeretur, ut non solum aliis minores, aliis maiores ignes apparent; aliis plures, aliis pauciores; sed etiam pro affectis corporibus & dominantibus humoribus, aliis ignes ardentes, aliis armati homines & dimicantes, aliis bellæ horribiles & admirandis formis viderentur; quoniã ita laborantibus, & male affectis corporibus hæc videntur in somnis, & aliquando nihilominus uigilantibus. illi igitur ignes cum gemini apparent, exhaustam propè concretam tempestatum materiam significant; cum unus fuerit ignis, nondum concretam; cum plures, maximam superesse copiam. Isti ignes si densissimus aer, & vaporibus plenus extiterit, ob frequentiam condensatæ materię, fugantur ad Helena, quæ non, nisi ex abundantia ingenti confurgit vaporum. Dicti sunt Castor & Pollux in Deos relati ob beneficentiam, quæ in homines contulerunt, cum multos sceleratos homines de medio sustulerint; & in eos populos, quos subiugauerant, singulari clementia sint usi. Quo autem pacto per hæc mores hominum corrigere conati sunt antiqui? beneficentiam, & liberalitatem in omnes, & propinquorum præcipue concordiam diis gratissimam esse demonstrarunt, quare ad has uirtutes per hanc fabulam nos horrabamur. at nunc de Aeolo.

De Aeolo. Cap. X.

A Eolus, ventorum imperator, vel potius ut quidam putarunt, quæstor, Hippotez filius fuit, ut innuit Quid. in epist. Leandri. Parce precor, facilemque moue moderatius auram; Imperet Hippotades sic tibi triste nihil. Sic Apollon. lib. 4. Argonaut.

Aeolum Hippotez filium clarum.

Matrem Aeolo fuisse Meneclam Hylli Lyparentis filiam memorix prodidit Euthydemus Atheniensis in libro de Salsamentis; at Eudoxus Cnidius in libro secundo de ambitu terræ Ligyam Actoris Carystii filiam matrem Aeoli fuisse mullu't, quamuis dixerunt nonnulli non enim tantum Hippotez filium fuisse Aeolum uocatum eo nomine, sed etiam filium Hellanis cuiusdã Iouis nepotem. omnia tamen quæ dicuntur de Aeolis ad unum Hippotez filium referuntur. Non defuerunt, qui Iouis filium putauerint. habitauit Aeolus in una ex illis septem insulis, quæ de illius nomine dictæ fuerunt Aeolix, atque illa Strongyle nominabatur, ut ait Str. lib. 6. fuerunt omnes illæ insulæ sub imperio Aeoli; atque Strongyle dicta est à rotunditate, quæ

R r r a Didyma